UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto hildefonso ep[iscop]o. Cap[itulum]. lxxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

iacet antiochie: vt dicit ado.

¶ De ſanctis rufo ⁊ coſmo marty. Cap. lxxv.

Rufus ⁊ coſmꝰ apud macedoniā ciuitate philippis paſſi ſunt ibiq̃ tumulati requieſcunt. Ubi ex eo numero diſcipulorum fuerunt per quos primitiua eccleſia in iudeis ⁊ grecis fundata eſt. De quorum etiam felici agone ſanctꝰ polycarpus ſcribit in epiſtola ad philippēſes hortans fratres in domino: vt ſequantur veſtigia martyrum predictorum in conſtantia martyrij tollerandi. Qui paſſi ſunt die. xv. kal'. ianuarij.

¶ De ſancto hildefonſo epō. Cap. lxxvi.

Hildefonſus epiſcopus toletanꝰ adhuc puer dei amore relictis parentibus ſpretoq̃ ſeculo agallienſis monaſterij monachus factus annis multis in ſanctitate vite permanſit. Tandem in toletanū epiſcopum promouet. Inter alia ſanctitatis merita beatamvirginē in ſumma deuotione habuit: ⁊ in ipſa eccleſia conſtituit: vt feſtum eius octaua die ante natale domini celebraret: quod vſq̃ hodie ibi ſeruat. Que eidē per viſionem apparens ſtolam cādidam ⁊ cathedram ſibi aſſignauit: dicens ꝙ ipſe ſolus eiſdem xenijs potiret: ſucceſſoribus cūctis eiſdem ſede ac veſte reputatis indignis. Sed poſt eius obitum dum ſiagrius eius ſucceſſor eadē indutꝰ ſtola: in ipa ſe ſede poſuiſſet: totus cōtractꝰ in terrā decidit: artus ſuſtinere nō valēs: q̇ poſt mltos dies ad penitentiam rediens ſanatus eſt. Et veſtis ac ſedes in ipſa eccleſia pro reliquiis conſeruant. Hec in mariali. Multa alia virtutū opera per ſancti merita ibidem oſtenſa ſunt. Qui eodem die quo feſtum virginis in eccleſia ſua cōſtituit celebrari: videlicet octaua die natiuitatem domini precedente feliciter in pace quieuit: que dies eſt. xv. kalen. ianuarij. Nam eo die quo matrem domini venerabatur in terris: eodem cū illa voluit honorare in celis.

¶ De ſancto nemeſio martyre. Cap. lxxvij.

Nemeſiꝰ martyr paſſus eſt apud egyptum. Qui prio emiliano iudici ꝑ calumniā quaſi latro delatus: ſed ab eodem crimine purgatus ⁊ abſolutꝰ eſt. deinde ab ipſo iudice tanꝗ xp̄ianus deprehēſus geminatis ſupplicijs excruciatus: ab eodē magiſtratu cum latronibus incendi iuſſus eſt: ſaluatoris preferens ſimilitudinē: qui cum latronibus pertulit crucem: qui paſſus eſt. xiiij. kalendas ianuarij. Hec ado.

¶ De ſanctis Amone zenone ⁊ ſocijs martyribus Cap. lxxviij.

Amon: zeno: Ptolomeꝰ: ingenꝰ: ⁊ theophilus apud alexādriam martyriū paſſi ſunt. Qui tribunalibus aſtantes: cum quidam chriſtianus a iudice tortus in ſupplicijs trepidaret: ⁊ iam pene ad negandum declinaret: vultu oculis ad nutibꝰ conabant illum erigere. Cumq̃ hac de cauſa clamor totius vulgi in eos proſiliret: prūpētes in mediū xp̄ianos ſe eſſe teſtantur: pro quorum victoria xp̄s illico glorioſiſſime triūphant: ſuiſq̃ conſtātiā animi dedit. Qui paſſi ſunt die. xiij. kalen. ianuarij: vt ait ado in martylogio.

¶ De ſancto thoma apoſtolo. Cap. lxxix.

Thomas apoſtolꝰ q̇ dicit didymꝰ: quaſi in fide dubiꝰ: poſt reſurrectionē xp̄i corpus dn̄icū ⁊ mēbra palpauit: ⁊ dn̄i in xp̄o vulnera tetigit carnis: in nobis vulnera ſanauit infidelitatis: vt dicit Grego. Poſt aſcēſionem domini dum apud ceſaream predicaret chriſtus ſibi apparēs dicit regem indorum gūdaphorum prepoſitum ſuum abanem ad ſyriā deſtinaſſe querere hominē architectorico opere eruditum pro palatio ſibi conſtruēdo: quem vna ſecum volebat ad indiam mittere. Ut cum indos chriſto acquiſiſſet: ad ſe cum palma martyrij perueniret. Dominus ergo prepoſito Thomam tradidit aſſerens eum ſuum ſeruum in tali arte peritum. Nauigantes autem ſimul: dum Abanes eum interrogaſſet: an ille dominus ſuus rex eſſet: dixit Thomas eum eſſe filium magni regis qui tenet regnum in ſupernis montibus quo hoſtis proximare non valet: ipſumq̃ multos ſeruos diuerſarum peritos artium habere: quos ad multa deſtinat opera: ⁊ quicquid lucri acquirūt: ſuo regi redeūtes attribuūt. Et cum multa de celeſti palatio metaphorice loqueretur: ille de terreno edificio intelligebat.

¶ Cumq̃ die ſeptimo Andrinopolim perueniſſent: vbi rex filie ſue nuptias celebrat: ⁊ omnes: tam ciues ꝙ aduene vocari a rege nuptijs intereſſent: Abanes et apoſtolus ſimiliter cum ceteris diſcubuerunt. ¶ Puella autem hebrea dum curiam cum fiſtula letificaret: ⁊ Thomam apoſtolum non manducantem: ſed celo intentum vidiſſet: intelligens ipſum hebreum cepit iudaice canere dicens. Unus eſt deus hebreorum qui creauit omnia ⁊ cetera. Que dum crebro ad complacendum apoſtolo repeteret: pincerna Thomam alapa percuſſit: eo ꝙ quaſi dedignans fercula apposita non comederet. Apoſtolus autem non optādo: ſed pronoſticā-